



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXII. Panormitana dispensationis. De eadem materia conditionis,  
vel præcepti pœnalis, adjecti per testatorem, quando servari debeat, vel  
respectivè sperni valeat; Et quid ubi illud, nonnisi ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

Atque ejusdem testatoris uxor judicium instituerit super assequatione quartæ, ratione paupertatis in vim. *Auct. præterea Cod. unde vir & uxor;* Hinc assumpto desuper tractatu honestæ concordia, pro veritate consultus fui, an dictum præceptum prænale obflare; Et negatè respondi, quoties concordia, sincera, ac bona fide super lite probabiliter dubia, atque ad normam dubii eventus sequeretur, ex vera & recepta Juris propositione, quod hujusmodi præcepta de non transfigendo, non sunt obligatoria, spernique valent, tanquam publicæ quietis impeditiva, *Caccialup. de transact. quest. 22. Socin. jun. conf. 32. num. 13. lib. 3. Rota dec. 104. num. 18. & dec. 190. n. 27. p. 7. rec.*

Quod habemus etiam in præcepto prohibente divisionem, quoniam ubi est indefinitum, atque non habet certi temporis determinationem, regulatura iusta causa, puta minoris ætatis unius, vel aliorum cum similibus, atque reè sperni potest ad notata in l. nemo potest ff. de legat. 1. l. in hoc judicio s. si convenerit ff. commun. divid. cum concordantibus deducit per Rotam decis. 2.41. nu. 33. par. 5. rec. Valquez. de success. creat. lib. 1. §. 6.

Unde propterea, adiutor dispositionum libertantium a confessione inventari, sive à redditione rationum, cum similibus, dixi ut præceptum prædictum intelligendum esset sano modo, ac interpretandum, juxta dispositionem juris, ut scilicet intelligatur prohibita transactio collusiva, & mala fide inita, ne sub eius pallio prohibita alienatio sequatur; Adinstar eorum, quæ in jure habemus de transactio inita per fideiatarium, vel emphyteutam, seu fideicommissarium, & similes, an obligent successores independenter, & ex persona propria venientes, dum pender ex dicta distinctione, bona vel male fidei, regulandæ ex probabili dubio eventus, ut sub tit. de fideicommissi. dis. 172. & seqq. & sub altero de emphyteusi dis. 52. & sub ist. de fund. dis. 49. & alibi plures; Vnde propterea est etiam quæstio facti, ex istius qualitate, & circumstantiis decidenda. Spectato etiam, ut dictum est, motivo, seu fine prohibitionis, & an habeat iusta causa, ac rationis fomentum, nec nè. Ac propterea erroneum est cum generalitatibus procedere.

## PANORMITANA DISPENSATIONIS.

PRO

BARONE MONDELLI.

Responsu in forma supplicis libelli ad San-  
ctissimum.

De eadem materia conditionis, vel præcepti penalisi, adjecti per testatorem, quando servari debeat, vel respective sperni valeat; Et quid, ubi illud, non nisi cum Principis dispensatione adimpleri potest, an testamentarius teneatur eam impenetrare; Et de termino pertestatorem præfinito, quando currat, necnè.

Et de aliquibus ad materiam potestatis Papæ, vel Principis sæcularis, commutandi ultimas voluntates, vel eis derogandi.

## SUMMARIUM.

- 1 F *Acti series.*
- 2 Conditions impossibles in ultimis voluntatibus habentur pro non scriptis, & quando dicantur impossibles.
- 3 Bigamia infert irregularitatem.
- 4 An ille, cui per testatorem injungitur aliquod præceptum, quod sine dispensatione impleri non potest, teneatur eam impetrare.
- 5 Verba testamentorum intelligenda sunt secundum dispositionem juris communis, non autem juris specialis dispensationem.
- 6 Dubietas conclusionis de quantum. 4. excusat à caducitate, à qua qualibet causa excusat, & de distinctione inter conditionem, & modum.
- 7 An adimplementum post terminum prefinitum attendantur.
- 8 Impedito non currit tempus, & in specie impedimenti sedis Papalis vacationis.
- 9 Princeps potest suspendere, vel ampliare terminum, etiam conventionalem.
- 10 An Princeps laicus possit habilitare inhabilem, vel dispensationem concedere in prejudicium Ecclesie vel persona Ecclesiastica.
- 11 De legitimatione naturalium sive spuriorum.
- 12 Facultas testandi provenit à jure positivo, ideoque Princeps derogat ultimis voluntatibus.
- 13 Fortius derogat fidei commissis, & substitutionibus, & deratione.
- 14 De potestate Papæ commutandi ultimas voluntates, & in quibus Papa potestas sit alia major.
- 15 Facilius conceditur commutatio ubi est circa accidentia, non autem circa substantiam.
- 16 Seù quando accedit iusta causa, adeò ut dicatur potius interpretatio, vel suppletio.

## DISC. LXXII.

**B**aronissa Mondelli, testamento condito de mense Martii 1669. (in quo etiam obiit); instituto hærede Barone viro legem illi adjectit, ut infra annum à die obitus, ascendere deberet ad ordinem sacerdotalem, sub pena caducitatis, in cuius casu, substituit quamdam piam Congregationem, quæ eidem instituto post mortem naturalem quoque substituta fuit; Cum autem ob impedimentum bigamie quod resultabat à testatrix viduitate, dictum implementum, absque Apostolica dispensatione, sequi non posset, hinc dictus institutus, ab illius Regni Prorege, quamdam dicti termini prorogationem per mentes obtinuit, postmodum vero, eo ad Curiam personaliter accedente, pro dicta dispensatione obtinenda, supervenisset impedimentum diuturnæ vacationis sedis Papalis per mortem Clem. IX. atque sequuta creatione Clem. X. ab isto obtinuissest commutationem d. voluntatis, ut loco suscep- tionis sacrorum ordinum, sufficeret suscep- tio habitus militaris justitia S. Joannis Hierosolymitanæ, cum obligatione profundi debito tempore, & ex gratia motivum fuit, ne per statum clericalem in sacris ex legibus, vel stylis illius Regni inhabilitaretur ad succedendum in feudis paternis; Hinc in expeditione litterarum, super dicta gratia, per aliquos officiales Datariaz, vel Secretariaz Brevia, excitata fuit difficultas, an ista gratia, ut potest

N 2

cor-

De LUCA  
de  
testamentis  
et cat.  
GVI  
9

## DE TESTAMENTIS.

concessa post annum à testatrice præfinitum, di-  
cenda veniret tertio præjudiciale, atque tolleret jus  
dictæ Congregationi substitutæ quæstum; Quare  
desuper ex parte dicti Baronis consultus.

Respondi pro dictæ difficultatis insubstantia,  
quæ post dictum responsum agnita etiam fuit per  
motivantes, unde propterea litteræ expeditæ, ac  
relaxatae fuerunt, quamvis deinde alia exortæ fue-  
runt difficultates, de quibus infra.

Dicebam etenim, quod de stricto jure, non im-  
probabiliter prætendi potuisset, ut neque dictum  
præceptum esset obligatorium, ejusque implemento  
non obstante, substitutione nō locutus non esset, adē  
ut ista gratia, esset ad superabundantiam, quoniam  
in ultimis voluntatibus, conditiones impossibilis,  
vitiantur, atque pro non scriptis habendæ sunt;  
Talesque dicuntur, quæ ex propria facultate, scilicet  
legis permissione, citrā extraordinarium remedii  
dispensatio, obtineri non possunt ex deduc-  
tu. per Plor. cons. 19. n. 92. cum concordan. per Mo-  
lin. de rit. nupt. lib. 4. quæst. 29. à num. 37. ad 55. Ca-  
still. lib. 3. contr. cap. 7. Boff. de matr. cap. 11. nu. 51. cum  
seq. Capyc. Larr. consult. 134. n. 6. cum seq. Rot. apud  
Möh. dec. 3. de Testam. repetit. apud Put. deg. 87. lib.  
2. Unde cum bigamia inducat irregularitatem ad  
ordines suscipiendo absque Apostolica dispensatione  
ad tex. in cap. 1. de Bigam. in 6. cum concordan.  
per Majol. de Irregular. lib. 1. cap. 33. idcirco ita ver-  
tabamur in casu conditionis impossibilis.

Et quamvis huic impedimento dispensari solet,  
atque DD. nimium scindantur in ista quæstione, an  
testamentarius teneatur impetrare dispensatio-  
nem, atque diligenter desuper adhibere, ex iis quæ  
cæteris antiquioribus relatis, habentur apud Castill.  
dicto cap. 7 par. 3. Sanchez de matr. lib. 5. disp. 5. q. 2.  
Fontan. de past. cl. 9. gl. 4. par. 4. num. 55. & seqq. Ver-  
migl. cons. 481. ac etiam insinuat dīsc. seq. generali  
in hac materia, an & quando conditions videntur  
dispositionem, vel potius vitientur. Atque probabili-  
or videatur opinio, ut quoties impedimentum est  
tale, quod videatur quodammodo notorum, &  
consequenter testatori verisimiliter cognitum, sive  
de facili dispensabi, lequodque persona alium de-  
fectum non patienti, passim conceditur (ut in præ-  
sentire & dici poterat dumverè impossibilis dicitur  
conditio, quando dispensatio concedi non solet,  
vel non nisi raro ex magna causa, & cum magnis  
difficultatibus.)

Attamen ob contrariam opinionem indefinite  
volentium, ut testamentarius ad id non teneatur,  
ex regula de qua plene Molin. derit. nup. ubi supra,  
& Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 18. num. 6. ut verba te-  
statoris intelligenda veniant, secundum dispositio-  
nem juris communis, non autem speciali dispensa-  
tionem mediante; Ac etiam quia non improbabilitate  
dici poterat, ut ista mulier utpote legum ignara, ne-  
siceret impedimentum; Hinc proinde ubi etiam  
præceptum sperni non posset, neque conditio pro-  
vere impossibili habenda esset, adhuc tamen, id suf-  
ficientem præbuisse excusationem à lapsu termini,  
atque ab incursu caducitatis, cum dictum præcep-  
tum adjectum esset per viam modi à parte posita;  
non autem per viam conditionis à parte ante-  
tea, idèo non implementum importaret priva-  
tationem juris jam quæstum, quod redolet poenam  
formalem, pro cuius incursu requiritur dolus, vel  
malitia, juxta receptam distinctionem de qua præ-  
sertim sub tit. de fideic. dīsc. 154. & in aliis, ac etiam  
sub tit. de emphicens.

Priùterea, ubi tempus non est ita præcium, quod  
in eo consistat vis, vel effectus implementi, tunc ex

magis benigna, & recepta sententia, illud attendi-  
tur, etiam si sequatur post terminum præfinitum  
præsertim re integra, & antè acceptatam caducita-  
tem ad notar. per scribentes in l. si insulam ff. de verb.  
obl. de quibus bene Rovit. dec. 53. num. 10. & seq.  
Manic. dec. 270. atque fuit habitum pro absoluto  
in Romana Hereditatis de Rubeis de qua sub tit. de  
fidei dīsc. 155. in cuius casu, evenus substi-  
tutus locus datus fuit, quoniam (ex ibi deduc-  
atis) jam certificatum esset de impedimenti im-  
possibilitate, solus autem lapsus termini à testatore  
præfiniti, in modica consideratione habitus fuit; Et  
tamen in eo casu implementū, potius per viam modi, & ca-  
ducitatis, injunctū videretur, multo magis in præsenti.

Verum ubi etiam rigorosè, in tempore persi-  
stendum esset, adhuc neque illius lapsus aderat, quo-  
niam cum duplice Apostolica dispensatio neces-  
saria esset; Primo scilicet super bigamia, ut supra;  
Et secundo super interstitiū præscriptis à Sac.  
Conc. Trid. Hinc proinde, ob superventum calum  
vacationis Apostolica Sedis infra annum, durante  
hoc impedimento, terminus obdormivit, scilicet re-  
mansit suspensus; Ut in terminis Sedis vacantis,  
quod non currat tempus occasione fatalium ha-  
betur apud Seraphin. dec. 362. num. 2. Et de tem-  
pore belli subducendo Rovit. pragm. 1. de pacto de  
retrovend. num. 2. & 3. Et generaliter de axiome,  
quod impedito non currit tempus, est tex. in l. 1. C.  
de annual. except. & cap. imputari de reg. jur. in sex-  
to, cum concordan. per Mantic. dec. 10. num. 2. & Bu-  
ratt. dec. 519. num. 1. & habetur sub tit. de benef.  
dīsc. 94. num. 9. ubi de termino præscripto per Con-  
stitutionem Gregor. XIII. ad publicandum, & ha-  
betur etiam sub tit. defend. dīsc. 57. in fine & sub tit.  
& judic. in proposito fatalium.

Accedebat quoq; protogatio concessa per pro-  
prium Principem, a quo etiam terminum conven-  
tionalem prorogari posse, vel suspendi, nè currat,  
cateris relatis, habetur apud Castill. dec. 218. lib. 3.  
& Rovit. dīsc. 1. de past. de retrov. in fine.

Et quamvis motivaretur de defectu potestatis  
Principis laici, tollendi jus Ecclesiæ, seu ecclesiasti-  
ca Congregationis ab ejus potestate exempta; At-  
tamen quidquid esset de inspectione illius jurisdic-  
tionis, quam iste princeps habere supponit etiam  
cum ecclesiasticis iure Legationis Apostolicæ, quæ  
sub Monarchia vocabulo ibi explicatur, ac de fa-  
cto exercetur, super quo integrum locum veritati  
relinquebam; Vbi etiam de quocunque Princeps  
laico ageretur, in quo dicta peculiaris ratio non in-  
traret, adhuc tamen dicebam, ut id rectè  
fieri posset, quoniam ita non est tollere jus quæsi-  
tum Ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticae, neque de  
bonis ecclesiasticis disponere, sed habilitare pro-  
prium subditum, illumque eximere ab illo onere,  
quod ipsa lex positiva induxit, & cui Princeps tan-  
quam lex animata derogare, vel dispensare potest,  
itâ tollendo obstaculum à se ipso inductum, quam-  
vis deinde in consequentiam, resultet accessorium  
præjudicium non subditum, quoniam ubi non urge-  
at ratio fraudis, vel emulacionis, attendit id, quod  
principaliter agitur, utendo jure suo, non autem id,  
quod in consequentiam resultat; ad vulgarem re-  
gulam text. in Laltius Cod. de servit. & agn. de qua  
sapientius in sua materia sub tit. de servit. ac alibi.

Quod frequens in praxi habemus in materia  
dispensationis, super impedimenti inhabilitanti-  
bus, quoniam nisi dispensatio concedatur, propter  
obstaculum incapacitatis illius, qui primo vocatus  
est, fieret locus vocationi, vel successioni alterius

## DISCURSUS LXXXII.

149

remotoris habilis; Et tamen ejus ius, per hujusmodi dispensationem colliguntur non dicitur, quoniam dispositio principaliter directa non est ad præjudicandum subtilitudo, vel ulteriori vocato, sed ad habilitandum illum, qui primo vocatus est habilis, nisi pateretur inabilitatem ab ipsa lege positiva inducitur, juxta ea qua circa legitimatem illius, ad effectum succedendi in fideicommissis, habentur sub it. de fideicom. disc. 68. & 69. Et de habilitatione clericorum succedenti in feidis, cum similibus, habetur plenè deductum sub it. de Regal. discr. 48. ubi generaliter agitur de potestate Principis tollendi ius tertii.

Vt enim in finatur supra disc. I. & plenius sub it. de fideicom. disc. 141. ac pluries sub it. defend. ad materiam Bulla Baron. præsertim disc. 89. Verius est, ut testandi facultas, quidquid aliqui puri legi dicant, non proveniat à iure naturali, vel genere, unde sed à benignitate legis positivæ, qua ita per modum loquendi dicit, ut hæc potestas manat à iure naturæ, nam huic potius adversari videtur dispositio collata in tempus inhabile, quando per mortem quis annihiliatus est, atque non est amplius bonorum dominus.

Fortius vero ubi non de prima, ac directa, sed de secunda fideicommissaria dispositione agatur, quoniam eodem iure positivo attento, ita non erat obligatoria usque ad tempora Augusti, qui illam, quam hodiæ habemus necessitatem, ac obligacionem induxit; id coque nil prohibet Principi tollendi, quod alter Princeps eius prædecessor statuit, ut frequens omnium Principatum praxis docet, in derogationibus fideicommissorum, ac facultatis alienandi, vel obligandi bona fideicommissis, ac majoribus subiecta, ut pluries in dicta sua materia sub it. de fideicom. ac etiam dicto it. defend ad materiam Bulla Baron.

De potestate autem Papæ commutandi dictam voluntatem, nefas est dubitare ad text. in clem. quia contingit de religio dom. Canonista communiter in cap. nos quidem de testam. Monet. de commutat. cap. 5. Gratian. discr. 458. nn. 4. Rot. apud Buratt. dees. 583. num. 1. Comen. barediaria 26. lunii 1647, coram Molto; Si enim ut supra, id cuicunque supremo Principi habenti potestatem derogandilegi positivæ conceditur; Multò magis Papæ, qui est omnium Principum primus, ac major, & cuius peculiaris potestatis (aliis Principibus denegata), consilere videtur circa plias dispositiones, quibus directè derogetur, vel circa bona, vel iura ecclesiastica cum de his inter Catholicos, solus Papadisponendi facultatem habeat.

Multò vero magis, ubi (ut in præfanti) non sit omnino derrogatio, per quam dotaliter detruiatur testatoris voluntas, sed potius commutatio de uno instituto ad alterum, in eodem genere vita celibis ecclesiastica, per testatrixem desideratae, unde firma remanet substantia voluntatis, atque alteratio est circa modum, seu accidens; Eo modo quo habemus in commutationibus priorum operum, quoniam substantia dispositionis consistit in ipsa pietate in genere, per quam bona erogari dicuntur erga Deum, ac pro salute animæ, unus autem, vel alter modus, potius importat accidens.

Potissimum vero ubi accedit iulta causa, quam verius est apud forenses, ut præcisæ necessaria non sit, ex deducis dicto discr. 148 de Regal. quoniam cum it. a testatrixe demandatus cauaret grave præiudicium instituti ab eadilecti, ob inabilitatem succedendi in feidis paternis, ad id quod probabile est, ipsam testatrixem tanquam mulierem huiusmodi legum ignaram non cogitasse, quod-

quis si cogitasset, ita non disponuisse; Hinc proinde ista dicitur potius interpretatio, vel suppletio omnis voluntatis, qua etiam iudicibus, ac inferioribus magistratibus conceditur, ex dispositione, vel ratione tex. in l. cum avus ff. de conditi. & demonstr. & l. cum acutissimi Cod. de fideicom. cum concordan. de quibus plures in dicta sua materia sub tit. de fideicom. præsertim disc. 115. Et conferunt quæ eodem tit. habentur disc. 7. & in aliis, super celante incompatibilitate obtinendi alterum pinguis fideicommissum, vel maioratum, ob verisimiliter assistenter testatoris voluntatem, cum similibus; Vnde propteræ est potius interpretari, vel supplerre, quam commutare, vel derogare.

## DISCURSUS GENERALIS.

An, & quæ conditiones per testatorem, in testamento, vel alia ultima voluntate adjectæ respicientes, aliquid à jure prohibitum, quæ restrictionem libertatis matrimonii, vel quid simile videntur, vel viuent.

### S U M M A R I U M.

- 1 **A**gitur solum de conditionibus respicientibus matrimonium, vel viduitatem per ultimam voluntatem.
- 2 In contractibus conditio impossibilis, vel illicita vitiat dispositionem, & non vitiat, etiamsi agitur de conditione prohibitive nuptiarum.
- 3 Sed aliqui distinguunt inter conditionem, ac patrum, ut conditio vitiet, sed pactum vitiatur.
- 4 Conditio adjecta in donatione de non nubendo, nisi de consensu, & licentia donatoris valet, & est servanda.
- 5 In ultimis voluntatibus conditio nuptiarum prohibuita tanquam industriva viduitatis rejetatur, & habetur pro non scripta.
- 6 Apellatione ultima voluntatis veniant contritus, qui in facto esse illam important, prout est donation causa moris.
- 7 Principalis conclusio de reprobanda dicta conditione procedit etiam sitacite, & virtualiter adjecta sit.
- 8 Declarat ut procedat, ubi generaliter viduita reminducit, nec habet alium honestum finem, scilicet ut habet finem honestum, vel rationabilem, & conditio ad certum tempus, locum, & personas est restricta.
- 9 Dicitur finis honestus sit testator prohibeat nuptias carnales, quia spirituales, vel vitam celibem desideret.
- 10 Quid dicendum sit in dubio, ubi nempe disponens hunc meliorem finem non expressit, & resolutior illum subintelligit pro servanda conditione.
- 11 Hinc rarus est casus, in quo ista conditio tanquam solo irrationali odio nuptiarum adjecta corrut.
- 12 Et propteræ quæstiones in ista materia super hujusmodi conditionum validitatem, potius pertinet libertatem matrimonii, & dispositionem.

De LUCA  
de  
testamentis  
et cat.  
GVI  
9